



---

BOLETÍN ECLESIAÍSTICO  
DEL  
OBISPADO DE SALAMANCA

---

SUMARIO

- I.—Decreto de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares, interesante á los religiosos de uno y otro sexo.—II. Resolución de la Sagrada Penitenciaría sobre impedimento dudoso del matrimonio.—III. Declaraciones católicas.—IV. Órdenes.—V. Documento del Cardenal Prefecto de Propaganda Fide, referente á las limosnas que se destinan á Tierra Santa.—VI. Aviso.
- 

Por conducto del Excmo. y Rvdmo. Sr. Arzobispo de Valladolid ha recibido S. E. I. el siguiente decreto:

DECRETUM

Quemadmodum omnium rerum humanarum quamvis honestae sanctaeque in se sint; ita et legum sapienter conditarum ea conditio est, ut ab hominibus ad impropria et aliena ex abusu traduci ac pertrahi valeant; ac propterea quandoque fit, ut intentum a legislatoribus finem haud amplius assequantur; imo et aliquando, ut contrarium sortiantur effectum.

Idque dolendum vel maxime est obtigisse quoad leges plurium Congregationum, Societatum aut Institutorum sive mulierum quae vota simplicia aut solemnia nuncupant, sive virorum professione ac regimine penitus laicorum; quandoquidem aliquoties in illorum Constitutionibus conscientiae manifestatio permissa fuerat, ut facilius alumni arduam perfectionis viam ab expertis Superioribus in dubiis addicerent; e contra a nonnullis ex his intima conscientiae scrutatio, quae unice Sacramento Poenitentiae reservata est, inducta fuit. Itidem in Constitutionibus ad tramitem SS. Canonum praescriptum fuit, ut Sacramentalis Confessio in huiusmodi Communitatibus fieret respectivis Confessariis ordinariis et extraordinariis; aliunde Superiorum arbitrium eo usque devenit, ut subditis aliquem extraordinarium Confessarium denegaverint, etiam in casu quo, ut propriae conscientiae consulerent, eo valde indigebant. Indita denique eis fuit discretionis ac prudentiae norma ut suos subditos rite recteque quoad peculiare poenitentias ac alia pietatis opera dirigerent; sed et haec per abusionem extensa in id etiam extitit, ut eis ad Sacram Synaxim accedere vel pro lubitu permiserint, vel omnino interdum prohibuerint. Hinc factum est ut huiusmodi dispositiones, quae ad spiritualem alumnorum profectum et ad unitatis pacem et concordiam in Communitatibus servandam fovendamque salutariter ac sapienter constitutae iam fuerant, haud raro in animarum discrimen, in conscientiarum anxietatem, ac insuper in externae pacis turbationem versae fuerint, ceu subditorum recursus et querimoniae passim ad S. Sedem interiectae evidentissime comprobant.

Quare SS. mus. D. N. Leo divina providentia Papa XIII, pro ea qua praestat erga lectissimam hanc sui gregis

portionem peculiari sollicitudine, in Audientia habita a me Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositae die decimaquarta Decembris 1890 omnibus sedulo diligenterque perpensis, haec quae sequuntur voluit, constituit atque decrevit.

I. Sanctitas Sua irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutionum, piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum, etsi dictae Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam aiunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et conscientiae intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio iniungit Moderatoribus ac Moderatricibus huiusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus praefatae dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis Superioribus ac Superiorissis cuiuscumque gradus et praeeminentiae sint ne personas sibi subditas inducere, pertentent directe aut indirecte, praecepto, consilio, timore, minis, aut blanditiis ad huiusmodi manifestationem conscientiae sibi peragendam; subditisque e converso praecipit, ut Superioribus maioribus denuncient Superiores minores, qui eos ad id inducere audeant; et si agatur de Moderatore vel Moderatrice Generali denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

III. Hoc autem minime impedit quominus subditi libere ac ultro aperire suum animum Superioribus va-

leant ad effectum ab illorum prudentia in dubiis ac anxietatibus consilium et directionem obtinendi pro virtutum acquisitione ac perfectionis progressu.

IV. Praeterea firmo remanente quoad Confessarios ordinarios et extraordinarios Communitatum quod a Sacrosancto Concilio Tridentino praescribitur in *Sess. 25 Cap. 10 de Regul. et a S. M. Benedicti XIV* statuitur in Constitutione quae incipit «Pastoralis curae» Sanctitas Sua Praesules Superioresque admonet ne extraordinarium denegent subditis Confessarium quoties ut propriae conscientiae consulant ad id subditi adigantur, quin iidem superiores ullo modo petitionis rationem inquirent, aut aegre id ferre demonstrant. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae Dioeceseos, in quibus Mulierum Communitates existunt, idoneos Sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro Sacramento poenitentiae recurrere eae facile queant.

V. Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad sacram Synaxim accedendi Eadem Sanctitas Sua decernit, huiusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad Confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin Superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam Sacramentalem Confessionem Communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad Poenitentiae sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis; et quoties ob fervorem et spirituales alicuius profectum Confessarius expedire iudicaverit ut frequentius accedat, ideique ab ipso Confessario per-

mitti poterit. Verum qui licentiam a Confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianae Communionis, de hoc certiore reddere Superiorem teneatur; quod si hic iustas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores huiusmodi Communiones, eas Confessario manifestare teneatur, cuius indicio acquiescendum omnino erit.

VII. Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus et Localibus Institutorum de quibus supra sive virorum sive mulierum ut studiose accurateque huius Decreti dispositiones observent sub poenis contra Superiores Apostolicae Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis.

VIII. Denique mandat, ut praesentis Decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus praedictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, stato tempore in unaquaque Domo, sive in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato alta et intelligibili voce legantur.

Et ita Sanctitas Sua constituit atque decrevit, contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 17 Decembris 1890.—I. CARDINALIS VERGA PRAEFECTUS.—† FR. ALOISIUS EPISCOPUS CALLINICEN, *Secretarius*.

---

Lo que sucede en todas las cosas humanas, por buenas y santas que sean en sí mismas, se verifica también en las leyes sabiamente establecidas, cuya condición es tal que pueden los hombres, abusando de ellas, llevarlas y traerlas á cosas impropias y extrañas; y por esto acontece á veces que no logran ni con mucho el fin que

se han propuesto los legisladores, y aun en ocasiones surten efecto contrario.

Y es en gran manera deplorable que esto haya sucedido con respecto á las leyes de muchas Congregaciones, Sociedades ó Institutos, ya de mujeres que hacen votos simples ó solemnes, ya de varones del todo legos por su profesión y régimen. Por cuanto algunas veces en sus Constituciones era permitida la manifestación de la conciencia, para que los súbditos en sus dudas aprendieran más fácilmente de expertos superiores el árduo camino de la perfección; algunos de éstos han introducido, por el contrario, el íntimo examen de la conciencia, que está únicamente reservado al Sacramento de la Penitencia. Igualmente se prescribió en las Constituciones, al tenor de los Sagrados Cánones, que en tales Comunidades la Confesión Sacramental se hiciera á los respectivos Confesores ordinarios y extraordinarios; mas por otra parte ha llegado la arbitrariedad de los Superiores al punto de negar á sus súbditos algún Confesor extraordinario, aun en casos en que verdaderamente lo necesitaban, para atender á su propia conciencia. Finalmente se les prescribió una norma de discrección y prudencia para que del modo debido y con acierto dirigieran á sus súbditos en lo concerniente á penitencias particulares y otras obras de piedad; pero también esta se ha extendido por abuso á tal extremo, que, ó se les ha permitido caprichosamente la Sagrada Comunión, ó se les ha prohibido por completo. De aquí ha resultado, que semejantes disposiciones, sabia y saludablemente dadas para el progreso espiritual de los súbditos y para conservar y fomentar en las Comunidades la paz y concordia de la unidad, hayan venido á convertirse, no pocas veces, en peligro de las almas, en ansiedad de las conciencias y

en perturbación además de la paz exterior, como evidentemente lo comprueban los recursos interpuestos y las quejas elevadas con frecuencia por los súbditos á la Santa Sede.

Por lo cual Nuestro Santísimo Padre León por la Divina providencia Papa XIII, con la particular solicitud que le distingue para con esta escogida porción de su rebaño, en la Audiencia tenida por mí el Cardenal Prefecto de la Sagrada Congregación de Obispos y de Regulares el día 14 de Diciembre de 1890, después de examinarlo todo con cuidado y diligencia, quiso, determinó y decretó lo siguiente:

I. Su Santidad anula, abroga y declara de ninguna fuerza en adelante cualesquiera disposiciones de las Constituciones por que serigen las piadosas Sociedades é Institutos de mujeres que hacen votos simples ó solemnes, lo mismo que de varones del todo legos, aunque dichas Constituciones lleven la aprobación de la Sede Apostólica en cualquiera forma aun la que se llama especialísima, en todo aquello que de cualquier modo ó por cualquier título se refiera á la íntima manifestación del corazón y de la conciencia. En virtud de lo cual, manda terminantemente á los Superiores y Superíoras de tales Institutos, Congregaciones y Sociedades, que las antedichas disposiciones se borren y eliminen por completo de sus propias Constituciones, Directorios y Manuales. Anula igualmente y suprime cualesquiera usos y costumbres acerca de esto, aunque sean inmemoriales.

II. Prohíbe además en absoluto á los mencionados Superiores y Superíoras, de cualquier grado y dignidad que sean, el que directa ó indirectamente, por precepto, consejo, temor, amenazas ó halagos, traten de inducir á sus súbditos á que les hagan tal manifestación de la con-

ciencia; y á los súbditos por otra parte manda, que denuncien ante los Superiores mayores á los Superiores menores que se atrevan á inducirlos á esto; y si se trata del Superior ó Superiora General, deberán hacer la denuncia á esta Sagrada Congregación.

III. Mas esto de ninguna manera impide el que los súbditos puedan libre y espontáneamente manifestar su interior á los Superiores con el objeto de obtener de su prudencia, consejo y dirección en las dudas y ansiedades para la adquisición de virtudes y progreso en la perfección.

IV. Además, quedando en vigor lo que acerca de los Confesores ordinarios y extraordinarios de las Comunidades prescribe el Sacrosanto Concilio Tridentino en la ses. 25, cap. 10 de Regul., y establece Benedicto XIV, de santa memoria, en la Constitución *Pastoralis curæ*, Su Santidad amonesta á los Prelados y Superiores que no nieguen á sus súbditos Confesores extraordinarios siempre que los súbditos se vean obligados á ello para atender á su propia conciencia, sin que en manera alguna inquieran el motivo de la petición ó demuestren llevarlo á mal. Y para que no resulte vana y sin efecto tan prudente disposición, exhorta á los Ordinarios á que en los lugares de sus respectivas Diócesis, en los cuales haya Comunidades de mujeres, designen Sacerdotes idóneos y con las debidas facultades, á quienes puedan ellas fácilmente recurrir para confesarse.

V. Por lo que toca al permiso ó prohibición de recibir la Sagrada Comunión, decreta también Su Santidad, que tales permisos ó prohibiciones corresponden sólo al Confesor ordinario ó extraordinario, sin que los Superiores tengan autoridad alguna para inmiscuirse en este asunto, excepto el caso en que alguno de sus súbditos



después de la última Confesión Sacramental hubiere escandalizado á la Comunidad ó cometido culpa grave externa, hasta que de nuevo se hubiere acercado al Sacramento de la Penitencia.

VI. En su consecuencia se amonesta á todos, que procuren cuidadosamente prepararse para la Sagrada Comunión y recibirla los días señalados en sus respectivas reglas; y siempre que por el fervor ó aprovechamiento espiritual de alguno crea el Confesor conveniente que comulgue con más frecuencia, se lo podrá permitir el mismo Confesor. Pero el que obtuviera licencia del Confesor para la comunión más frecuente y aun cotidiana, esté obligado á dar cuenta de ello al Superior; y si éste juzgara tener justas y graves razones contra tal frecuencia de comuniones, deberá manifestarlas al Confesor, á cuyo juicio se someterá enteramente.

VII. Manda además Su Santidad á todos y á cada uno de los Superiores Generales, Provinciales y Locales de los Institutos arriba mencionados, bien sean de varones, bien de mujeres, que guarden cuidadosa y exactamente las disposiciones de este Decreto, bajo las penas en que incurren *ipso facto* los Superiores que violan los mandatos de la Sede Apostólica.

VIII. Finalmente, manda que se inserten en las Constituciones de los antedichos piadosos Institutos, copias del presente Decreto traducido en lengua vulgar, y que, por lo menos, una vez al año, en el tiempo determinado en cada Casa, se lean con voz alta é inteligible ora en el refectorio, ora en el Capítulo especial convocado al efecto.

Y así lo ha dispuesto y decretado Su Santidad, sin que obste en manera alguna cualquiera cosa contraria,

ni aun las que sean dignas de especial y particular mención.

Dado en Roma, de la Secretaría de la expresada Sagrada Congregación de Obispos y de Regulares, día 17 de Diciembre de 1890.—I. CARDENAL VERGA, PREFECTO.—† FRAY LUIS, *Obispo Calinicen*, Secretario.

---

## RESOLUCIÓN DE LA SAGRADA PENITENCIARÍA

### SOBRE IMPEDIMENTO DUDOSO DEL MATRIMONIO

---

Creemos de utilidad para los señores Párrocos y Confesores el conocimiento de este caso y de su resolución:

*Emme. Domine:*

Titius, filius naturalis Bertæ, et Caja, legitima filia Lulii Compostelanæ Archid:ocesis, matrimonio conjungi cupiunt ad legitimationem prolis et scandalum vitandum.

Suspiciatur tamen quod primo in linea collateralis consanguinitatis gradu sint ligati; quæ quidem suspicio non parvo innititur fundamento. Berta enim postquam Titium in lucem edidit, Lulium, tunc temporis solutum, ac civile iudicium vocavit, ut filio suo alimenta præberet, eo quod ab illo genitus esset; ille tamen paternitatem iterum atque iterum negavit et a iudice fuit absolutus.

Sed temporis decursu, cum prædicatus Lulius filiam Cajam ex legitimo matrimonio procreasset, Titio cum ea matrimonium inire cupiente, coram Parocho sistit dicens Titium esse filium suum, quapropter nequaquam inter se matrimonialiter copulari posse. His innixus Parochus tale connubium interdixit; oratores autem agen-

di rationi Parochi non acquiescunt nec a proposito matrimonium ineundi desistunt. Re ad Ordinarium delata, et parentibus coram me, iudice ecclesiastico, vocatis, interposito jurejurando, Berta asserit filium suum Titium nequaquam fratrem esse Cajæ, illum enim in lucem edidit non ex Lulio, patre hujus, sed ex alio conjugato. Hac de causa, scilicet, ne adulterii in suspensionem veniret, et quia aliunde Lulius eam utique cognovisset, etiamsi jam prægnantem, paternitatem ei tribuit, si forte cogeretur, ut matrimonium cum ea iniret.

Lulius, pater Cajæ, etiamsi jurejurando interposito asserit matrem Titii carnaliter cognovisse, sed jam prægnantem; Titius enim in lucem fuit editus tertio vel quarto mense post copulam cum ea prima vice habitam. Confitetur tamen se coram Parocho Titium vocasse filium suum, ne Caja matrimonium cum illo iniret, quod ei maxime displicebat. Nunc autem conscientia morsibus coactus, omnibus rite expensis, et maxime quod Titius et Caja concubinarie et cum prole vivant, non potest non veritatem manifestam facere.

Animadvertere tamen operæ pretium duco, ex attestatione Parochi loci, quem oratores inhabitant, incolas parentum dictis fidem non præstare, quapropter prædicti oratores sicut fratres reputantur, ideoque scandalum ex eorum matrimonio est pertimescendum.

His itaque breviter delibatis, infrascriptus Vicarius Generalis supplex exorat ut Eminentia Vestra sequentibus dubiis responsum afferre dignetur:

«Utrum oratores in casu matrimonium queant contrahere, non obstante scandalo de quo est sermo.»

«Et quatenus negative: utrum oratores valeant in alium pergere locum, in quo sint omnino ignoti, et ibi matrimonio copulari.»

Sacra Pœnitentiaria precibus mature perpensis respondet: *Cum juxta exposita suspicio fraternitatis in casu nullo solido fundamento innitatur (idque evulgetur), oratores a matrimonio ineundo non sunt prohibendi.*

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 29 de Novembris 1890.—R. Card. Monaco, P. M.

---

## DECLARACIONES CATÓLICAS

---

El Sr. D. Jesús Sánchez, alumno de las Facultades de Derecho y Filosofía y Letras en la Universidad de Salamanca, que asistió al entierro del heterodoxo impenitente D. Mariano Arés, llevando una cinta de la caja mortuoria, nos ha rogado hiciéramos presentes en este BOLETÍN ECLESIAÍSTICO (y accedemos gustosísimos á sus deseos) las siguientes declaraciones:

1.<sup>a</sup> Que profeso la Religión Católica, Apostólica Romana, en cuya fe y creencias espero en Dios vivir y morir y cuyas sublimes verdades son las únicas que pueden devolver al mundo la paz y dicha arrebatadas por doctrinas sofisticas que sólo han logrado infiltrar en los corazones el frío excepticismo ó la tenebrosa duda.

2.<sup>a</sup> Que por agradecimiento al defensor acérrimo de los intereses materiales de los Colegios Universitarios, y sin tener en cuenta para nada ideas políticas y religiosas, asistí al entierro civil del difunto Dr. Arés. Pero habiendo comprendido que con semejante acto destruí descaradamente la integridad necesaria de mi fe religiosa, duéleme en el alma el haberlo cometido y prometo que en casos análogos, que pudieran presentarse, toda clase de sentimientos y deberes sociales quedarán supeditados á mis deberes religiosos, y

3.<sup>a</sup> Cual hijo obediente y sumiso de nuestra Santa Madre la Iglesia, acepto en un todo las enseñanzas dictadas por nuestro Reverendo Prelado, ante el cual reitero mi filial sumisión y respeto (1).

JESÚS SÁNCHEZ Y SÁNCHEZ.

Salamanca 30 de Marzo de 1891.

---

## ÓRDENES

---

S. E. I. el Obispo de la Diócesis las conferirá, Dios mediante, el día 23 del próximo Mayo, sábado de las Témporas de la Santísima Trinidad.

Los aspirantes presentarán las solicitudes y demás documentos necesarios, en la Secretaría de Cámara antes del 31 de Abril.

El Sínodo tendrá lugar el día 1.<sup>o</sup> de Mayo é inmediatamente se verificará también el examen de rúbricas y Sagradas Ceremonias.

Salamanca 28 de Marzo de 1891.

**Dr. Pedro García Repila,**  
*Secretario de Cámara.*

---

*Illme et Revme Domine*

Die 20 Februari 1891.

Haud ita pridem hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando diligenter ad examen revocavit ea omnia quae ad necessitates Missionum Palaestinae, quae-

---

(1) Otras varias personas se han acercado al Excmo. Sr. Obispo manifestándole su pesar por haber asistido á indicado entierro, sin suponer la transcendencia del acto que realizaban, prometiendo que en adelante se mostrarían más cuerdos y avisados, posponiendo, á la paz de sus conciencias católicas, todos los intereses y relaciones personales, y protestando vivamente que desean vivir y morir en el seno de nuestra Sacrosanta Religión, única verdadera.

que ad regimen et moderationem arcae a Fratribus Minoribus Franciscalibus in Locorum Sanctorum curam custodiamque administratae referuntur. Hac opportunitate petitiones Apostolicae Sedi porrectae circa eadem argumenta exhibitae sunt. Enimvero exploratum est, inspectis temporum nostrorum circumstantiis, autaque itinerum facilitate, desiderium inter fideles quotidie magis exardescere ea loca visendi, quae Salvator Noster Christus Dominus praesentia sua, ac praedicatione, potissimum vero morte ac Sepulcro Suo nobilissima in primis reddidit, eaque de causa ingentes sane expensas ad peregrinos hospitio recipiendos exigi: insuper Sanctuariis conservandis restaurandis, scholis erigendis, missionibus provehendis haud exiguam pecuniae vim requiri. Ad administrationem vero collectae stipis oculos convertens, eam reperit esse tanto ponderi plane impari. Decennio quippe mox elapso diligenter inspecto, vim reddituum custodiae Terrae Sanctae vix ad decies centena millia libellarum pervenire intellexit. Qui quidem ex triplici fonte derivantur. Pars siquidem illius summae ex oblationibus ad sanctuaria, ex iuribus stolae, et eleemosynis missarum, quae a Franciscalibus celebrantur proveniunt: pars ex collectis, quas in universo orbe Fratres ipsi industria sua perficiunt: pars denique ex eleemosynis, quae Feria VI. in Parasceve in omnium gentium ecclesiis colliguntur. Haec porro postrema pars non nisi exiguam portionem totius redditus, quae nimirum tertiam partem illius certe non excedit, complectitur. In ea vero conferenda stipe Americae et Europae gentes aequae concurrant. Ad quam pecuniam diligenter ac studiose administrandam iam a pluribus saeculis benemerens Ordo Minorum magna cum laude incubuit; dum fidem Catholicam duris exantlatis labori-

bus, fusoque sanguine, praeclari sui Fundatoris vestigiis inhaerens, per totam Palaestinam, Syriam, atque Aegyptum amplificavit. Quapropter Apostolica Sedes ne dum religiosos huiusmodi viros benevolentia ac beneficiis suis nullo non tempore cumulavit, verum ipsum Terrae Sanctae Pium Opus non unius nationis proprium sed internationale constituit, quo ea, quae illius intersunt, vigilantiae religiosorum virorum ex diversis nationibus credita communi veluti praecipuarum Europae gentium studio procurentur: tantumque administrationis negotium sibi obnoxium declaravit.

Ea itaque omnia considerans S. Congregatio, et curam prorsus singularum rerum ad Terram Sanctam pertinentium sibi a summo Pontifice commissam esse sciens, Eodem approbante declarandum censuit, uti per praesentes declarat, administrationem arcae Custodiae Terrae Sanctae sub sua speciali tutela esse constitutam, sibi que negotiorum quoad eam gestorum uti antea ita in posterum esse quotannis reddendam rationem, ut a se examinetur et a Summo Pontifice adprobetur. Hoc scilicet modo debita oblationum ratio habebitur, quaeque ad nova aedificia extruenda, vetera amplificanda, caeteraque gravia in quoscumque usus dispendia pertinent, S. Consilium accuratae disceptationi subiiciet, ipsisque religiosis viris, SSmo. D. N. sanciente, perficienda committet.

Ut vero commodius oblationum collectae fiant, mandatur ut apostolicae literae die 26 Decembris 1838 datae, quae incipiunt *Salvatoris* ab universis ad quos pertinent omnino ad executionem mittantur, collectaeque elemosynarum una vice singulis annis Feria VI in Parasceve, vel alio quolibet intra annum die pro Terra Sancta faciendae non debeant quomodolibet ad alios

usus converti atque applicari, sed integrae ad Revmum P. Custodem Terrae Sanctae per Commissarios Ordinis S. Francisci ex omnibus orbis regionibus diligenter transmitti, quacumque dispensatione exinde revocata.

Quoniam vero studiosissime satagendum est ne in Palaestinae regione praeter ea quae ab antiquo recognita sunt, nova Sanctuaria aut recenter inventa, aut in posterum detegenda inconsiderate adstruantur, absolute vetat hoc S. Consilium ne quis uti authentica probat eiusmodi Sanctuaria vel eorum cultum permittat, quin idem Consilium ea super re iudicium edat, ac sententia sua ut talia recognoscat ac probet.

Haec A. T. gravissima hac super re significanda erant: interea vero D. O. M. vehementer adprecor ut omnia fausta felicia tibi fidelibusque curae tuae creditis concedat.

Addictissimus uti frater.—I. CARD. SIMEONI PRAEFECTUS.—† D. ARCHIEP. TYRENSIS *a Secretis*

---

## AVISO

Los Sres. Curas Párrocos y Ecónomos de la Diócesis, que en su reconocido celo habrán procurado cumplir lo dispuesto por la Sag. Congreg. de Propaganda Fide, y está mandado en el Sínodo Diocesano, con referencia á las limosnas que el Viernes Santo, y en el acto de la adoración de la Cruz, se han de hacer con destino á las necesidades de Tierra Santa, procurarán enviar con la mayor prontitud á esta Secretaría lo que hayan recaudado, á fin de remitirlo á quien se indica en el documento que precede.

---

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.